



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

Ioannem IV. anno aetatis XXIV. obijisse condita Vniuersitate Louaniensi, qui hactenus propugnaculum fidei Catholicae perstat. Cap. LXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

rint, anno CIO. CCC. XCVI. IV. Kal. Octo-  
bris. Capti hoc bello fuere nobiles plus mi-  
nus trecenti, qui fœda morte à tyranno ne-  
cati sunt. Inter quos Henricus Antomensis,  
Ioannes verò Burgundio cum alijs xxv. no-  
bilibus agrè redemptus est ducentis milibus  
ducatorum, fide & virtute Ioannis Helliaci  
equitis Atrebatis, qui paullo ante Pazaitæ  
ministrauerat. Ad quam redemptionem Gan-  
dauenses quinquaginta milia florenorum  
contulerunt. Ita Meierus. Reliqua apud eum  
& alios scriptores passim obuia sunt.

*Ioannem I V. anno etatis X X I V. obiisse condi-  
ta Vniuersitate Louaniensi, quæ hæctenus pro-  
pugnaculum fidei Catholicæ perstat.*

## C A P. L X V I I I.

**P**ATRI filius successit Ioannes annos na-  
tus tredecim, qui primis annis cum x i. x i i i. Lo-  
tharingie ac  
Brabantie  
Dux.  
mamburnis, ac deinde per se Brabantiam  
gubernauit. Sed obiit Louanij nobilis Dux  
ætatis suæ anno xx i v. Furæ apud paren-  
tes sepultus.

Hoc Duce Cardinalis Placentinus anno  
CIO. CCCC. XXI. Louanij. Crucem contra  
Hussitas tribus concionibus prædicauit, &  
ad sacrum contra Pragenses bellum pluri-  
mos Louaniensium tam pedites quàm equi-  
tes excitauit.

Circa eadem ferè tempora Dux Vniuersi-  
tatem studiorum, quæ Pragæ perierat, Lo-  
uanij

uanij obtinuit ad propugnationem Catholice fidei. Quod quanto affectu fecerit, ipse non tacuit, vbi inter cætera iurisdictioni renuncians scribit: Studium generale Louaniense per nos summis consilijs & ardentibus desiderijs expetitur, per sanctissimum Dn. nostrum Apostolicum tam consulte quàm prouidè ad crebram nostram instantiam ordinatum & erectum est, ad communem nostrorum principatum & dominiorum, & signanter Ducatus nostri Brabantie, quem sua virtute poscente non immeritò præ ceteris adamamus, totiusque Reip. commoditatem, vtilitatè & profectum. Hęc Ioannes Dux fundator anno c i o. c c c c. x x v i. die v i i. Nouembris.

*De Philippo I.*

C A P. L X I X.

*x i v. Bra-  
bantie &  
Lotharingie  
Dux.*

**P**HILIPPVS primus Comes S. Pauli & Ligniacensis fratri suo Ioanni i v, sed triennio tantum successit, vir alioqui magnæ expectationis. Iuerat Princeps iste Romam, ad inuisendum sepulcrum Domini, antequàm inangurari vellet. Quem Pontifex humanissimè suscepit, sed ob pericula domum remisit. Cùm autem ageretur de futuris nuptijs cum Iolèda filia Ludouici Regis Siciliae, ipse in castro Louaniensi moritur anno c i o. c c c c. x x x. die i v. Augusti, & Furæ apud parentes sepelitur.

*De*